



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

LXVI. Parabola decem Mnarum. Luc. 19. 11.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

domo habere, &c.) " Ipse autem sibi Chryf. sup.
veniam negat, qui Deum quod ad pec-
catores ingreditur accusat.) Chryfol.

3. *Stans autem Zachaeus dixit ad Do-
minum: Ecce dimidium bonorum meo-
rum Domine, do pauperibus: & si quid
aliquem defraudaui, reddo quadruplum.*

*Ait IESVS ad eum, quia hodie salus do-
mni huic facta est, eo quod & ipse sit filius
Abraha: venit enim filius hominis qua-
rere, & saluum facere quod perierat.*

Chryfologus, " Vides quomodo ere- Chryf. sup.
ctus est qui iacebat: iacemus in vitiis:

stamus cum bonis operibus erigimur
ad profectum: Ipse post mortem se cre-
dit esse victurum, qui dimidium bono-
rum iam futuram transmittit ad vitam,
&c.)

LXVI.

Parabola decem Mnarum. Luc. 19. 11.

1. *E*O quod esset propè Hierusalem, & Pro Con-
quia existimarent quod confestim fessore nona
regnum Dei manifestaretur, dixit: Homo Pontifice.
quidam nobilis abiit in regionem longin-
quam, accipere sibi regnum, & A reuertere;

Bb 5

voca-

vocatis autem⁵ decem seruis suis dedit eis decem mnas; & ait ad illos,⁶ negotiamini dum venio. Cives⁷ autem eius oderant eum, & miserunt legationem post illum, dicentes,⁸ nolimus hunc regnare super nos.

Aug. l. 2.

99. Eu. 46.

August. "Homo nobilis, ipse Dominus IESVS intelligitur, regio longinqua, Ecclesia gentium: Abijt enim vt plenitudo gentium intraret: reuertitur vt omnis Israël saluus fiat: per decem mnas, legem significat, &c.) vel regio longinqua secundum eundem lib. i. de doctrina Christ. Cœlum est, ciues Iudæi, &c.)

2. Et factum est vt rediret accepto¹ regno: & iussit² vocari seruos quibus dedit pecuniam, vt sciret quantum quisque negotiatus esset: venit autem primus dicens, Domine, mna³ tua decem mnas acquisiuit; & ait illi, Euge, bone serue, quia in⁴ modico fuisti fidelis eris⁵ potestatem habens super decem ciuitates; & aliter venit dicens, Domine, mna tua fecit quinque mnas, & huic ait, & tu esto super quinque ciuitates. Greg. "Ponamus ante oculos nostros vltimæ distinctionis diem. Ibi Petrus cum Iudæa conuersa apparebit;

Greg ho.
17. in Eu.

Ibi

Ibi Paulus conuersum (vt ita dicam) mundum ducens: Ibi Andreas post se Achaiam, &c. Nos miseri quid dicturi sumus qui ad Dominum nostrum post negotium vacui redimus, &c.

3. Et alter venit dicens, Domine, ecce ² mna tua quam habui repositam in sudario: ¹ timui enim te, quia homo austerus es, tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti: dicit ei, de ² ore tuo te iudico, serus nequam, ¹ sciebas, &c. & quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum usuris vni que exegissem illam: & astantibus dixit, ² Auferre ab illo mnam, & dare illi ¹ qui decem mnas habet: & dixerunt ei, Domine, habet decem mnas: dico autem vobis, quia ¹ omni habenti dabitur, & abundabit: ab eo autem qui non ¹ habet, & quod habet auferetur ab eo. Beda, ² Pecuniam in sudario Beda. ligare est percepta dona sub otio lenti torporis abscondere) & Augustinus, ² Mensa quo danda erat pecunia, pro- Aug. sup. fessionem religionis accipimus: quæ tanquam publicè proponitur ad vsum necessarium saluti.)

4. Verumtamen inimicos ¹ meos illos

576 DOCTRINA ET MIRACULA

qui² noluerunt³ me⁴ regnare super⁵ se,
adducite⁶ huc, & interficite ante⁷ me.

LXVII.

Maria ungit IESVM in Bethania.

Matth. 26. Marc. 14. Ioan. 12.

Feria 2.
Hebdom.
maioris.

Bern. l. 56.
in paruis.

1. **I**ESVS ergo ante sex dies Pascha venit
Bethaniam ubi Lazarus fuerat
mortuus² quem suscitavit IESVS. Fecerunt
autem ei coenam³ ibi, & Martha⁴ mini-
strabat: Lazarus vero unus erat⁵ ex dis-
cumbentibus cum eo. Maria ergo accepit li-
bram⁶ unguenti, nardi, pistici, & pretiosi: &
⁸ fracto alabastro⁹ effudit super¹⁰ caput
ipsius recumbentis, & unxit¹¹ pedes Iesu, &
exterisit pedes eius¹² capillis suis, & domus
¹³ impleta est odore unguenti. Bernardus,
"Duo pedes Dei, Misericordia & iudi-
cium: Hos primo ungit anima pecca-
trix unguento compunctionis: Caput
deinde unguento deuotionis ex me-
moria beneficiorum diuinorum con-
fecto.)

2. Dixit ergo unus ex discipulis eius
(Iudas Iscariotes qui erat eum traditurus)
³ quare